

totalitate scilicet conveniente hominibus viatoribus, si nihil melius desit ad divinam dilectionem, quod actu, vel habitu in Deum non referamus, & hujus divinae dilectionis perfectio datur homini in precepto: primo quidem, ut omnia in Deum referat sicut in finem, sicut dicit Apostolus: pro manducati, sive bibiti &c. quod quidem impletur, cum aliquis vitam suam ad Dei servitium ordinat, & per consequens omnia, quae per seipsum agit, virtualiter ordinantur in Deum, nisi sint ista, quae a Deo abdicant, sicut sunt peccata. Ita patet S. Antoninus (par. 4. Sum. tit. 6. q. 5. r. 3.) dupliciter contingit diligere Deum ex toto corde. Uno modo in actu: ut scilicet totum cor hominis semper actualiter servatur in Deum: & ista est perfectio peccatorum. Alio modo, ut habitualiter totum cor hominis in Deum servatur, ita scilicet quod nihil contra Dei dilectionem cor hominis recipiat: & hoc est perfectio vitae.

353. Continuat
ta tentum
provenitum
ad idem cap.
Angelicus de
divina.

353. Rursum (Lect. 7. in 1. Cor. c. 10.) Apostolica ex verba edisserunt: Sive ergo manducatis, sive bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite: sine offensione estote Judaeis, & Gentilibus, & Ecclesiae Dei; haec profert. 1. Monet, Apostolum ad averrendam scandalum, quae ob idolothorum elum in Ecclesiam Corinthiam irreperant, duobus Fidelibus praeribere: unum respectu Dei, quia debent quaerere ejus gloriam, & omnia facere ea intentione, ut Deus laudetur: & glorificetur alterum respectu proximi, quia debent cavere ejus offensam. 2. Utrunque officium ita declarat dicendo videlicet quoad primum: 1. Matih. 5. sic loquitur lux vestra coram hominibus &c. Colosi. 3. omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in gloriam Dei facite. Augustinus: haec recte sunt, laudes Dei sunt. Non ergo solum vox tua laudet Deum, sed etiam opera tua concordent cum voce tua. Cum enim Deus laudatur de bono opere, Deum laudas: & cum blasphematur Deus de malo opere tuo, Deum blasphemas. Quoad secundum veto: quasi diceret Apostolus, ut omnia in Dei gloriam faciant, sine offensione estote Judaeis, qui non adorant idola, & ideo in tali comestione in errore consistunt. 3. Demum, adversus mox tradita difficultatem movet, & solvit subdens: Omnia in gloriam Dei facite. Contra: ergo nullus actus est indifferens. Respondet, etiam haec in gloriam Dei intelligitur vel in actu, vel in appetitu referentem, quae non est solum in bonis, sed etiam in indifferentibus, & haec quidem relationis explicatio consonat Textibus reliquis (n. 372.) nominatis. Igitur Angelicus pro intentionem laudandi & glorificandi Deum non hoc vult, ut nempe ex precepto teneatur Christiani singulas actiones deliberatas actuali, vel virtuali relatione continua referre ad Deum sive ex benevolae Caritatis affectu, sive ex immediato Religiosi motivo, cum utriusque virtutis praecipuum sit affirmativum, adeoque non ad semper obligans. Sed requirit duntaxat, ut operando appetant & persciant, quae recta & honesta sunt bonitate morali adaequata, respiciente obiectum finem, circumstantias (n. 319. & 320.) vel saltem quae ex honesto sine peragati possunt, si ex proprio genere non hoc bona, sed indifferentia. Sic enim talia opera gloriam Dei promovent ipsa conditione sua, & in Deum eum finem ultimum ordinantur, tamen operans nullam de hoc cogitationem aut intentionem elicit; sicut ex opposito docet ipse Angelicus (2. 2. q. 42. ar. 1.) de illa specie scandalii activi, quod dicitur ex conditione operis, seu ex voluntate indirecta & interpretativa, reate ad inducendum Proximum ad peccatum.

354. Propositor
secundum ar
gumentum ad
confusionem
nihil continet
in. Ex Fidelibus
um hominum
consensio
getium.

354. Argumentum secundum, quod Fidelibus sensu nititur, ex primo hactenus illustrato emanat facillime. Quotquot servus sunt Fideles, nedum ruri, sed in floribus quoque civitatibus vitam agentes, sic a majoribus instituti, ac mente sua affectu videntur, ut plane ignorent adierant jugis relationis operum necessitates: neque vel leviter suspicentur, se in legem aliquam peccato omissionis delinquere, & postquam juxta celebre D. Aug. monitum fidei, spei, caritatis Deum coluntur, ac bona subinde operari pergunt ex honesto motivo reliquarum virtutum moralium, & solliciti non restarent interruptam eam aliquo suorum operum in Deum relationem, quae vi praerita dilectionis, ac relationis formalis aliquamdiu perduraverat. Quodque plaris faciendum, nec Pastores Ecclesiastici, active Penitentiae Administrum illam fidem haec de re religione ingerunt; aut serio eos commonefaciunt, ut culpabiles omissiones, pridem vincibili ignorantia neglectas, tandem agnoscant, & contententur in generalibus aut annualibus saltem exomologesibus, quae ad perfectam animarum purgationem laudabili multorum consilio nunc frequentantur. Possremum hoc utrum vere affirmari possit de Adversariis quoque nostris, ubi absolute sacrorum studiorum curricula, vel reliquis Theologicis exedris tribunalis Confessionis se manciant, ipsorum Penitentibus, ne tenere quidpiam proloquar, diuidendum relinquo. Interim adverte hoc unum, quod ex dictis conflatum videntur.

scilicet minus non esse, si ignorent illi, sicut illi: quandoquidem ex Scoto (n. 349.) Deus non obligavit nos ad hoc.

355. Tertium Argumentum, quod ex Sacra Scriptura, & Patribus Ecclesiasticis deponit, potest in hoc monuitur, hoc pacto intelligendum, atque urgendum. Quandoquidem in agendis controversis, hoc Paulo Jurisconsulto, et qui essent, non est qui negat, incumbit probatio (quod & Dialectice inter Artes iure canonice respiciunt), non qui adierant a Theologiae adstantibus necessitates referendi humanas actiones in Deum inciantur, ac turandam causam nostram minime tenentur expressa plenitudine momenta profere ex Divinis Litteris, ac Patrum traditione, sed officio nostro satis perfungitur, si auctoritates laetas, quibus idem propriam confirmant sententiam, ipsi ergo in parte utpote longe aliud, quam quod ipsi volunt, praesertentes quamquam non desunt apud nostrates, qui curam etiam assument argumentationes plausibiles ducendi ex memoratis Theologiae Fontibus. In id ergo unum cogitatio nostra intendit, dum ad Scripturas, & Patres provocamus, idque nunc sic breviter conuenimus. Indubitatum utique est, diectionis Dei, & relationis operum in Deum, frequentissimum, & apertissimum mentionem seu in Scripturis, seu in Patribus occurrere. Sed quid tum? universa namque testimonio (generalibus, similibus ac communibus Ecclesiae, ac Theologiae sanioris doctrinae exactis, utendo responsionibus) possunt & apte, & commode exponi, variis in sensibus, quorum nulla causae Adversariorum suffragatur; modo authentice interpretandi regulae ipsorumdem Patrum verbis in Codice Canonico (n. 71.) conligatae non reapuntur, sed magis proprio ingenio, uti par est, antepanuntur.

355. Argumentum
tum certum
sunt in scripturis
sunt in patribus
sunt in doctrina
sunt in consuetudine
sunt in ratione
sunt in consuetudine
sunt in ratione

356. Nimirum haec sunt universum, quae per Scripturas, & Patres in praesenti materia enuntiar arbitramur. 1. Omnia honeste peragenda pervigili cura, prout docet, nedum Fideles omnes in societatem Jesu Christi vocatos, sed etiam rationalem quemque hominem: ut sic bene actis nostris Deus jugiter glorificetur, qui omnia honestatis iustitiaeque norma, & fons est. 2. Nihil live in verbo, sive in opere, sive in conversatione attendendum contra caritatis regulas, ac finem, ita ut nec Dei honor, nulla in re laedatur, nec salus Proximi in discrimen adducatur. 3. In quibusdaem locis Deum crebris & iteratis sinceris caritatis actibus diligendum ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima, atque aliorum vi omnia nostra ad ipsum eum finem ultimum ordinanda. 4. Ex eisdem caritatis affectu quilibet eliciendas operationes singulas, quibus coronam gloriae promereri avertimus. Quibus praeter haec quatuor suprema officia, quae homini Christiano, quantum praesens ejus conditio patitur rite firmando, & cumulate beando videntur iusticare, aliud praeterea officii genus Apostolico Divino precepto necessarium, iugem scilicet relationem formalem cuiuscumque actus deliberati, coartat extendere ex textibus illis: omnia vestra in caritate facite, omnia in gloriam Dei facite &c. nec is, praeterquam quod severum & communi hominum naturae minus compatientem se prodit, rem exigit, cuius propriam speciem sive signam in istis textibus expressam advenire non est. Equis enim aut in D. Paulo, aut in Ecclesiasticis Patribus speciale relationis praecipuum de lege illis circumvolutum finibus, quas Adversarii nostri (n. 347. & 348.) apponunt, videlicet ut relatio fiat non ex caritate proprie accepta, sed ex inferiori amore benevolae, ut praescripta conlectur sub veniali delicto, ut deorsum huius relationis sic arguat solum hominem non referentem, ac minime inciantur actus non reclus. Si graves illae sententiae caritatem absolute ac simpliciter commendantes praecipuum continent a memoratis officis, distindum veror, ne quid amplius exinde haustiarum, plana nitiditate, consecutionis lege, quod Catholicis Theologis haec aetate propugnare nullatenus licet.

356. Scriptura
tum, & Patrum
reflexionem ab
adversariis
Theologiae
exposita
357. Argumentum
secundum
quod ab
ablati
expressum
compliciter
rationem
difficilem
comparatum
in hypothese
Adversariis
non in offensa
relationis
actus eundem
malos, nedum
compliciter
agentem
rationem
tam negligit
attendantur
ex cuiuscumque
privazione
& ad
malum
fit
omparare
bonum
autem

357. Aequo ut hinc ad Quartum progrediamur Argumentum, quod ab Ablatiis repetitur. Latentibus Adversariis (n. 346.) omnino ablatum, atque ab Orthodoxo Fidei alium esse suspicari, actum ex genere suo morali bonum, degenerare in malum, praesertim quia ex pio caritatis affectu ab agente non ordinatur ad Deum, sed ad nulla necessitate relationis ab ipsis inculcatur, revera istud esse conflatum, quantumvis totis lacertis adnitantur relundere labem eisdem omnifinis in solum agentem. Igitur ipsorum sententia deserenda, utpote absurda obnoxia sic potius attendere pronum est, quam sit casus huiusmodi conatus. Moralitas seu bona live mala cuiuslibet actus individuali, uti in hac xv. Sectione satis ostendimus, non a solo pendet obiecto, sed etiam ex circumstantiis, ac sine praesertim extrinseco agente, ita quidem ex Scoto (n. 264.) bonitas actus moralis omnino fit ex aggregatione omnium convenientium actui secundum rectam rationem; malum vero ex D. Bouav. (n. 312.) tam negligit attendatur ex cuiuscumque privatione, & ad malum fit comparare bonum autem.

uno modo, sic uti ex eodem Scoto iudicare solemus de pulcritudine, & turpitudine in corpore. Unde quamvis circumstantiæ sint quodammodo extra actum, eo ipso tamen quod secundum rectam rationem actui conveniunt, adeoque moraliter circumstantiæ sunt, haud parum ad illius moralitatem conferunt, ut patet ex geninio eorumdem effectuum (n. 288. & seq.) passim admisso. Quare Angelicus (1. 2. q. 18. ar. 3. & 4.) stabilit hicæ thesibus, quod actio humana sit bona, vel mala ex circumstantiis, & ex fine, difficultatem illam, quæ præcipue videtur oblatre: sonitas actus est aliquid in ipso existens, finis est causa extrinseca, non ergo secundum finem dicitur actio bona, vel mala, ita removel: quamvis finis sit causa extrinseca, tamen debita proportio ad finem, & relatio in ipsum inhæret acti; in genere scilicet moris spectata. Atque hæc quidem omnia, unanimo Moralium sensu exploratissima, non possunt non fateri ipsimet Adversarii nostri, ubi de Moralitate pertrahant. En regulas, ex quibus dignosci posse actionem humanam ex circumstantiis bonam, vel malam, ostendit eorum unus in sua Theologia Morali contracta (Tr. de Actibus Hum. c. 3.) novissima editionis Venetæ an. 1777. Prima, ut actio sit bona, necesse est, ut non careat ulla circumstantia sibi debita. Secunda, ut actio defectuosa sit ex circumstantiis, debet esse in præcepto, & debita inesse. Jam vero relatio operum in Deum; de qua nunc controversia, iuxta Adversarios est moralis circumstantia cuiusvis individualis operis deliberati, atque in præcepto est, & debita inesse: ergo ea deficiente non modo delinquit agens, sed ipsum etiam opus defectuosum sit, atque in genere moris malum; licet non ab omni eo, quod in ipso opere est, malitiam habeat, ut Angelicus (n. 264.) loquitur de alio opere debite circumstantiis pravi finis, sive ex Scoto prælaudato non sit peccata malum.

358. Superius ad opus magis torquetur Adversarii qui manulatur eadem ipsa ratione, quam seculum dicitur in individuo differere et loquatur.

358. Accedit, quod Adversarii in alia controversia, eliminando actiones in individuo indifferentes, hac præsertim utuntur ratione ex Doct. Angelico (n. 277.) mutata; quia cum quilibet individualis actus habeat aliquam circumstantiam, perquam tractatur ad bonum vel malum, ad minus ex parte intentionis finis, consequens est, ut actus a deliberativa ratione procedens, si non sit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipso repugnet rationi, & habeat rationem mali; si vero ordinatur ad debitum finem, conveniat cum ordine rationis, indeque habeat rationem boni, unde necesse est, cum actum in individuo consideratum bonum esse, vel malum. Quemadmodum ergo, prætermissa relatione actus deliberati in finem honestum, actus non relatus, iudicio Adversariorum, malus exadit, & nequaquam indifferens dici potest; ita profecto, deficiente relatione actus deliberati in finem honestum, hoc est, in Deum propter se dilectum actus non relatus, velint nolint, malus est huiusmodi defectum existat necesse est. Nam si uterque finis ex divino præcepto respiciendus a quovis homine consulto agente, omnifino relationis operum in alterum finem peræque repugnat rationi distanti, ejus finis gratia agendum esse: semel ac autem recte rationi repugnat actus citra intuitum alterutrinus finis productus, inde habet rationem mali; quandoquidem ex Seraphico & subtili (n. 357.) malitia actus moralis individui est omnifario ex quolibet defectu cuiusvis circumstantiæ pertinentis ad aggregationem omnium convenientium actui secundum rectam rationem. Hinc porro intelligitur, quam infelici successu conentur Adversarii nodum hæc plane Gordium solvere dicendo, defectum relationis in finem honestum esse defectum regulæ proxime actuum humanorum, quæ est debita actioni deliberatae, eamque officit: defectum autem relationis in finem supernaturalem, seu in Deum propter se dilectum, esse defectum regulæ remotæ, & finis ultimi, qui affecti solum agentem non, inquam ego, finis uterque & honestus, & supernaturalis, Adversariorum confessione in præcepto est, & debitus inesse actioui cuilibet individue in genere moris spectatæ: ergo utriusque finis defectus occurrans in productione talis actionis ex hoc ipso repugnat rationi distanti, nihil omitendum eorum, quæ sunt ad completam bonitatem actioni prorsus necessaria: ergo uterque pariter est defectus regulæ proxime agendi, quam Morales omnes in recta rationis distamine constituunt: ergo uterque defectus inde habet rationem mali, officientis ipsas actioni non relatas ad genuinum illum finem. Adhuc igitur exceptione nodus magis confringitur, utpote quia ea potis non est inducendæ ulli solidæ disparitatis.

359. Admissis figurate ad veserorum, duo omnia sunt ex videtur (iuxta suum

359. Quæ cum ita sint, incocucum manet, qualcumque hominis actiones sine actuali, ut virtuali in Deum relatione peractas, non solummodo informes dicendas esse, uti Adversarii loqui moris est, sed omnino defectuosas & malas, quamvis abstracte & extra individuales circumstantias, in quibus contingunt, consideratas sint ex suo genere, sive ex officio, bonæ atque honestæ, siquidem, ut jam audivimus

vimus (n. 357.) ex communi regulâ, quam illorum unus proponit ad dignoscendam actionem humanam ex circumstantiis bonam, vel malam, quoties circumstantia quæ ab agente omittitur, est in præcepto, & debet inesse, tuæ actio defectuosa sit ex circumstantiis: atque ut Angelicus notat (n. 358.) actus a deliberativa ratione procedens, si non est ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipso repugnat actioni, & habet rationem mali. Quod si ita est, iam in Adversariorum syllemate locum habeat, quod scripsit Guillelmus Eftias (in 3. sent. dist. 26. q. 44. in resp. ad 4.) & ipse propagator prædictæ relationis, nimirum hominis justificati nulla esse opera tantum moraliter bona: sed quid laudabiliter ac bene moraliter fit, totum id actu aut virtute tenere in finem supernaturalem, iuxta præceptum Dei facte: omnia in gloriam Dei facte: e converso vero (quod idem Auctor ibidem retinet) quicquid actu aut virtute non tendit in finem supernaturalem, esse moraliter loquendo defectuosum & malum, sicut huicque factis a nobis probicum. Porro autem, admittis huiusmodi corollaris, quoniam successu possunt Adversarii nostri, cum reliquis Catholicis Theologis iuncti, retellere & inlectari Balam, cotanque Novatorum cohortena, eorum veluti commentitiam explorant observantiam Divinæ Legi, quantum ad præceptum operum substantiam tantum: ac humiliter repugnat opera duntaxat moraliter bona (n. 359. & 348.) peres æquos rerum adjuvatores iudicium esto.

360. Quarto tandem, quod atinet ad D. Basilianis, quas solent Adversarii obtinere, eas in superioribus tribus membris hucus controversiæ, tametsi aliud agerent iam insinuavimus magna ex parte, ac ferme diluimus, quare ut datam (n. 357.) si dem exelavimus, brevibus expeditum postremum illud membrum, quod aliquos ceteris proximus esse debet. In primis ad tres D. Pauli sententias omniumque præter consequunt, quibus nihil videtur evidenter, nihil validius ad firmandum præceptum de iugi, ac universalis operum relatione. Sive manifestis, sive habitis, sive aliud quid factis, omnia in gloriam Dei facte (1. Cor. c. 10.) Omnia vestra in caritate sunt (1b. c. 16.) Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi, gratias agentes Deo, & Patri pro ipsam (ad Coloss. c. 3.) Respondet; caute, quælo, utantur sententiis istis, neque in solo hæreat verbum cortice, secus enim (cum Paulus in secunda præsertim caritate absolute, & indè uterque nominet, adeoque proprie dictam caritatem videtur intelligere, sicuti alibi p. 115.) Sectarii maiori forsitan argumentationis genere amplius quid exinje elicient, qui ad jam ab Ecclesia proscriptum (n. 359.) scilicet, solum caritatem christiana modo facte actiones christianas per relationem ad Deum, & Jesum Christum &c. Itaque si certum est, effata illa Paulina non tam secundum extimam speciem sumenda, quam sensu aliquo intelligenda penitior, atque alius rum B. Pauli, tum ceterorum Scripturam Canonice doctrinis attemperato, pia oculis habeantur quorum illa suprema officia, quæ ibidem ab Apostolo, alio & alio sensu, Christianis inculcata credi possit (n. 356.) monuimus. Consultatur idem aureus D. Bonav. textus (n. 350.) in quo veluti in tabula graphice expressos cernere est sensus omnes, quos ab eodem Apostolo designatos concipere licet.

præterea non fram argumentationis Ethica præceptum constata) consuetaria nulla, a quibus operibus exere dicitur nos Theologi.

360. Quarto loco proponitur Objectiones præcipue, quibus possunt nos impetere Patrum contraria opinio, nam si quidem distillat prima, quam ex Apostolo sumuntur.

361. Sane mirandum summo opere, quod qui inter Paulinos Interpretes omnium iudicio maxime emiauerunt, Chrysostomus videlicet, & Aguias, in illis locis interpretandis peccatorem operum relationem, ab actibus proprie dictæ caritatis, nec non a morum honestate profus distinctam, si eam D. Paulus Fideliter revera præcepisset, suspicari agnovissent, memorarunt, in apicam protrulerint. Numquid clarissima interpretandi eni modi sententias lolis retinebat? Theologis, quibuscum non amice nunc disputamus? Aquinas expositiones ad utriusque Epistolæ textus, quæ sunt de habitibus & implicita operum relatione (jam n. 353.) recitavimus ex ipsius Lect. 7. ad c. 10. 1. Cor. Neque discordant quæ (Lect. 3. in c. 3. ad Coloss.) addit; hic enim præmissio utroque textu Apostolico: sive manducatis &c. omne quodcumque facitis &c. sic pergit. Quidam dicunt, quod hoc est consilium, sed hoc non est verum: sed acceptum est, quod non est necessarium, quod omnia in Deum referantur actus, sed habitus, qui enim facit contra gloriam Dei, & præcepta eius, facit contra hoc præceptum: venialiter autem peccati non facit contra hoc præceptum finaliter; quia, licet non absolute, tamen habitualiter referunt omnia in Deum: nempe & quantum ad debitum a mortalibus essentur retinere caritatem, quæ habitualiter ordinat in Deum; & quantum ad præcepta Dei graviter non violando, simpliciter honestate quorum morum polleat præsumitur, ob quam tenet actionum eius referunt in Deum habitualiter & implicita (sive, ut aliqui ajunt, virtualiter) demptis venialibus noxis, sine quibus prærens vita esse non potest, ordinari loquendo. Atque hoc loco obiter notari volo captiosam arguendam formam a gene-

361. Tridita a nobis respicitur diuon in figuram Apostoli interpretate, nempe D. Chry. & D. Th. qui effata Apostolica eximio opere de relatione operum implicita sunt habituali.

genere ad speciem, quam videntur affectare quidam ex Adversariis, dum prima duntaxat illius textus verba producant, ut prohibent non meri consilii, sed praecepti esse singularem illam relationem operum, pro qua ipsi decertant. Utique, Angelico interprete, verba Apostoli exponenda de praecepto obligante: ut extendendum ne hoc praeceptum ad quamlibet promissive relationis speciem, & ad quodlibet tempus? minime gentium: illam solammodum relationem duplicem afficit ex Angelico, quae actu, vel habitus sit; nimirum aequalem explicitam, quae urgere mandatum maximum divinae dilectionis, & habitalem implicitam, extra quendam mandati circumstantias.

362. Transfertur verba D. Chryso. paulam faventis habituali relationi operum, quae semper appropinquat.

362. Expositiones itidem Chrysofolomi considerantis verba Apostoli extra certa illa tempora, quae specialia exigunt adus dilectionis erga Deum, non tantum nisi de habituali operum relatione; & eaque non obstante; aut arbitrario prolatæ, sed potius legaci pericia, summaque sapientia ex seopto, & contextu Apostolico, expresse. Leges singulas tres S. Doctoris homilias (25. & 44. in 1. Corinth. c. 10. & cap. 16. itemque 12. in c. 3. ad Coloss.) & palam deprehendes, ipsam ex Paulini sententia de cunctis operibus in caritate, & ad gloriam Dei faciendis, hæc unice inferre, & Fidelibus infirmare, ut scilicet a vitis, pravus confiderandibus, scandalis caute ablineant, & bonis actibus, quibus præsertim proximus iuvatur, festidulo incumbant. Quod si eum legendi laborem delectas, aures libere accommoda verbis, quæ nos ex istis locis nunc præferimus: Non audisti Paulam dicentem: quidquid faciatis, sive comedatis, sive bibatis, sive aliquid faciatis, omnia ad gloriam Dei facite, sicut autem ad maliciam, & ignominiam (hom. 12. ad Col.) ob vestras scilicet seculi utilitates, lacivias, & ebrietates, quas sibi libenter infertur. Rursus (hom. 44. ad Cor.) Omnia vestra in caritate facite. Paulus hoc dicens illos tangit, ut qui seculionem agunt, & quod est illud: omnia in caritate; sive quipiam inceptit, inquit, sive imperat, sive patet imperio, sive dicit, sive docet omnia cum caritate. Nam & cuncta, quæ dicta sunt, iudeo contingant, quod caritas neglecta fuisset, nam si ea non fuisset neglecta, non fuissent infasti, non discessit: ego sum Pauli, ego vero Apolo, non sermo iudicio contendissent: ille uxorem patris non accepisset: non fratres infimos contempnissent: heresi non habuissent: propter charismata inane gloriam non concessissent: Propterea dicit, omnia cum caritate facite. Quare Chrysofolomo interprete, Paulus non aliud præcipere videtur, quam quod dixerat paulo ante (c. 14. v. 1. & 40.) iis verbis: scilicet caritatem omnia benefice, & secundum ordinem facite: quod quidem idem est ac dicere: semper servetur inviolate honestas & decorum omnium dictorum, & operum, ut deceat quod agatur, & conveniat, & quadret sibi ordo vite vestre (uti D. Ambrosius loquitur lib. 1. de Offic. c. 19. 45. & seq. sibi honestiam, ac decorum pulchre describens) atque christianæ caritatis regulæ potissime custodiantur ita, ut vita vestra ab his nulla in re diiceperet: quippe ipsa est vinculum perfectionis, & radix semperque bonorum, ut ex eodem Apostolo ait ibidem Chrysofolomus.

363. A Divo Paulo provocant Adversarii ad Ecclesiasticos Patres, eorum ad probatissimos Divinarum Litterarum interpretes, sanaque doctrine Morales Magistros, præsertim ad Ambrosium, Basilium, Augustinum, Bernardum, aliosque, qui generale praeceptum ex caritate jugiter operandi, quantum humana finit conditio, totamque vitæ ordinem ad Deum supernaturalem finem dirigendi, agrosunt divinitus nobis intimatum, per os Pauli, in quo Christus loquebatur. Præcipit Apostolus, dicens: omnia vestra in caritate facite, inquit (lib. de corrupt. & grat. c. 3.) Augustinus. Respondet. Bene est. Sed nihil exinde contra nos: si quidem credere par est, Sanctos Patres nihil enuntiare voluisse præter id quod ab Apostolo, cuius verbis fides construxerunt sententias, fuit constitutum: Apostolum autem placitis nostris nullatenus repugnare (nu. 360. & seq.) iam confessum est. Itaque sicuti Adversarii locutiones Patrum, interdum valde amplas, & juxta apparentem vocum significationem aliam quam ipsi cupiunt, tenentes, cogunt exponere in sensu mitiori; exigendo scilicet loco caritatis proprie dictæ inferiorem quemdam affectum amoris benevoli, præcepti obligationem ad veniale peccatum restringendo, ac labem prætermittæ relationis in solum hominem refundendo, ne litteræ, ut ait Paulus, occidant inhaerentes desistantur spiritus vivificante, & approbate videantur quod ex prædictis locutionibus directè inferunt Novatores in Christianæ fidei perniciem: ita profus & nos eadem sensu accommodo, & exploratis apud universam Ecclesiam doctrinis probe respondente, accipiendas arbitramur, juxta generalis principia (n. 366.) iam producta; quoniam præpositum ab Adversariis sylem in animam no-

Rum

strum pervadere non poteli, ut pote quod videtur nobis & periculis plenum (n. 357. & seq.) & alienum a mente præcipuorum Magistrorum veteris scholæ (n. 349. & seq.) quos licentia divinitus datos suscipimus, veluti locum tenentes Sanctorum Patrum, quibus succederunt. Ceterum, ut de solo Augustino speciatim quidpiam addamus, satis declarat, Apostoli iussa impleri posse sola habituali operum relatione extra eas temporum circumstantias, quæ nos urgent ad Deum diligendum explicitis caritatis actibus. Nam (Concion. 2. in Ps. 34.) hæc scribit: Suggere remedium, unde tota deo laudes Deum, si vis: Quidquid egeris, bene age, & laudasti Deum. Quando cantas hymnum; laudas Deum: lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? Et quoties in cessis ab hymno cantando, discedis ut reficiaris, non ebriaris, & laudasti Deum; discedis, ut dormias, noni furore ad male faciendum, & laudasti Deum; negotia agis, noni fraudem facere, & laudasti Deum. Agrum colis, noni litem movere, & laudasti Deum. In innocentia operum tuorum prepara te ad laudandum Deum tota die. Junge igitur Augustinum Chrysofolomo, pari modo Apostolum explicanti; & persuadee tibi, nec reliquos Patres a Luminaribus istis disserpare.

364. Nihil porro est, de quo magis sibi plaudant Adversarii post allatas Scripturarum, Patrumque auctoritates, quam de Angelici Doctoris patrocinio: siquidem constat, ipsum ex professo plurimis in locis Paulinas sententias de operum in Deum relatione, minutatim examinasse, ac subinde perspicuis loquendi formulis ea docuisse, quæ ad eorum cautam mirum in modum facere videntur; eius generis præsertim sunt sequentia ista, 1. scribit (1. 2. q. 102. ar. 6. ad 7.) Celsis intentio omnibus operibus nostris debet adungi, 2. (1. 2. q. 89. ar. 4. ad 3.) Omnia, quæ facimus, debemus in Dei reverentiam facere, 3. (2. 2. q. 83. ar. 4. in corp.) Desiderium caritatis nobis debet esse continuum, nec actu vel virtute, manet enim virtus huius desiderii in omnibus, quæ ex caritate facimus: omnia autem debemus in gloriam Dei facere, ut dicitur 1. Corinth. 10. Et secundum hoc desiderium oratio debet esse continuua. Postquam inconvulsi principii loco statuit verba Apostoli, non merum consilium, sed præceptum proprie dictum continere, adeoque ex præcepto non teneri omnia in gloriam Dei facere (1. 2. q. 69. ar. 1. & q. unico. de Carit. art. 11. & lib. 2. in 2. ad Coloss.) modum huius præcepto satisfaciendi in hoc situm esse ex mente Apostoli determinat; videlicet ut quæ primo actualiter per explicitum dilectiois actum, itaque omnia in Deum referat, dein ea, quæ per agit deinceps, ad ipsum Deum virtualiter ordinet, & ita quidem ut hæc virtualiter ordinatio consequens prædicti iudicio censeatur fieri ut antecedentis relationis actualis expressa, atque idcirco alia relatio operum, quæ dici solet habitualis, sed constata, exerte, & hæc plane Angelicus, nec uno in loco, aut veluti per transennam, minime sufficit. Hæc plane constanter tribus in locis (quæ un. de car. ar. 2. & in 2. Sent. dist. 40. q. 1. ar. 3. ad 6. & 7. & opus. 18. de Perf. vit. spirit. c. 3.) quemadmodum apparet ex ejus Textibus, quæ ipsi nos (n. 240. 342. 352.) recitavimus.

365. Verum enimvero, quamquam ex illa doctrinarum serie aeris tertamen nobis nascatur, ea tamen nos fatigare aliquatenus potest, expugnare penitus non potest; quoniam si & alia plura ab Angelico Doctore exarata, quæ hic Adversarii prætereunt, serio perpendantur, riteque disponantur, tantum virtus hinc nobis accedit, ut propriis munimentis possimus constanter nos tenere. Quæ ad hunc scopum necessaria sunt animadvertenda, mox præmittamus: inde talibus instructis prænotionibus calamus veteramus ad oppositos Textus singulariter explicandos ita quæ quoniam, ut nullum eorum causæ nostræ reipsa nocere quilibet Lector partium studio solutus possit cognoscere. Primo, Angelicus agnoscit quidem in Apostolice verbis, omnia ad gloriam Dei facite, præceptum referendi in Deum cunctas actiones; at non ad quamlibet profus relationis speciem, quæ concepi potest, extendit tale præceptum: nam duas ipse aperte nominat; quarum alteram morti consilii, alteram nec præcepti, nec consilii esse docet. Hoc posito fieri potest, ut neque relationem aliam ab Adversariis nostris propugnacram comprehendere sub illo præcepto: reipsa autem non comprehensisse hinc nos deducimus, quia ipsi omnium relationis actualis aut virtualis in Deum propter se dictum ajunt in quocumque casu esse duntaxat veniale: Angelicus vero omissionem relationis, quam præcepto subicit, monet aut mortalem, aut venialem esse posse. Quare, ut (n. 361.) adnotavimus, ex hoc præcepto, quod Angelicus relationem operum in Deum generaliter commendandas dicit, eam esse, non meri consilii, sed præcepti, minime consequitur, S. Doctorem eadem plane cum Adversariis nostris sentire, nisi hic demonstrat aliunde, illam ab eo deinceps declaratam fuisse eodem prorsus

364. Adjungitur etiam Paulam faventis habituali relationi operum, quae semper appropinquat.

365. Ut planius intelligatur, quæ hic Adversarii prætereunt, serio perpendantur, riteque disponantur, tantum virtus hinc nobis accedit, ut propriis munimentis possimus constanter nos tenere.

sus modo, quod ab ipsis nunc proponitur: quod ex mox dictis falsum esse perspicitur.

366. Exhibentur tres alia ejusdem generis præmissioes.

366. Secundo, Angelicus observat illud ipsum relationis præceptum habere duplicem quasi formam ita scilicet, ut negativum simul & affirmativum reputandum sit, non eo quidem sensu, quo Adversarii nostri solent similiter ipsum denominare, ac describere; (n. 335.) sed hoc alio longe diverso; quatenus nempe veritate quidpiam facere contra Dei gloriam, simulque jubet ad Deum aliqua ratione ornate opera, quæ sunt; atque utroque quidem isto sensu intellexit, ipse tale præceptum, productisque variis in locis juxta varietatem thematum; de quibus dilatare occasionem habebat. Tertio, idem præterea Apostoli præceptum diversæ classis, videlicet nunc cum speciali mandato ad solam caritatem, qua Deus super omnia diligendus, spectante; tumque relationem operum actualium explicatam illud præferre dixit: nunc vero cum generali serie variorum mandatorum reliquis virtutibus pertinentium; tumque relationem operum habituales & implicitam designat docuit. Ex quo sequitur, Angelico ratum fuisse, Apostoli præceptum quatuorverfus acceptum non esse nisi confirmativum Divinorum mandatorum ita quidem, ut idem Apostolis censendus sit nihil minus, aut minus Fidelibus inculcatus, quam quod in nova lege ab ipomet Christo Domino operibus reperitur. Quæto deusque sentit Angelicus Doctor, in istis plane operibus honestis, quæ ab homine Christiano in justitia Domino suo fideliter deserviente peraguntur, geminam relationis speciem simul concurrentem notari posse, facta diversa consideratione; nempe relationem cum habituali proprie dictam (n. 340.) cum virtutem, præse sumptam, hoc est (n. 335.) actualem implicitam continuatam: quod quidem factum possibile fore nemo negabit, nosque exemplo manifestum (n. 341.) jam declaravimus.

367. Indicantur, & referuntur varia D. Thomæ testimonio, ut ostendat, quod dicitur, eius mensuram esse superiorem nostras Præmissioes.

367. Singulas istas quadruplicis generis observationes modo præmissis, non veritatis tantum, sed & menti Doctoris Angelici esse perquam accommodatas, ostendunt ipsius scripta, ex quibus nos hanc eandem ad rem deceptissimus potior testimonium, ipsam in solertia præsertim contraxerit. Pro tertia Observatione, quæ ad priorem partem de relatione actuali, necessitas ex præcepto Apostolice respiciente Divinum mandatum caritatis, valet textus 1. 2. q. 100. tr. 10. (n. 332.) & in 2. Sent. dist. 40. ar. 5. (n. 342.) quoad posteriorem partem de habituali relatione, sufficiente juxta præceptum Apostoli spectantis Divina mandata reliquiarum virtutum, textus 1. 7. in 1. Cor. (n. 333.) & 2. 2. q. 69. ar. 1. paullo infra a nobis recitandus in responsione ad Objectionem ultimam. Quoad utramque simul partem de prædicti gemina relatione, disjunctive habenda juxta diversitas temporum circumstantias, textus 1. 3. ad Coloss. (n. 339.) & opus de Pecc. vit. script. (n. 352.) Pro quarta Observatione inferuntur textus q. un. de Leg. act. 11. (n. 340.) & præcæti opus de Pecc. vit. script. Observationem vero primam, ac secundam confirmat unicus ille textus in Sent. dist. 40. ar. 1. q. 1. ad 7. ubi S. Doctor hæc scribit. Quod dicitur, omnia in gloriam Dei facite, potest intelligi dupliciter, vel affirmative, vel negative, scilicet est sensus: unum contra Deum factis: & hoc modo præceptum est: & sic præceptum hoc præteritur, vel per peccatum mortale, quod contra Deum fit, vel per peccatum veniale, quod præter præceptum, & præter Deum fit. Si autem intelligatur affirmative, hoc potest esse dupliciter: aut ita, quod actualis relatio in Deum sit conjuncta actioni nostre in virtute, secundum quod virtus primæ ordinationi manet in omnibus actionibus sequentibus, sicut & virtus finis ultimi manet in omnibus finibus ad ipsum ordinatis: & sic adhuc præceptum est, & contrigit omissionem ejus esse veniale, vel mortale, si ut dictum est: aut ita, quod ordinatio actualis in Deum sit actu conjuncta cultibet actioni nostre; & sic potest intelligi dupliciter, vel distributive, vel collectivè. Si distributive, sic est sensus quancumque actionem factis melius est, si eam actu in Deum ordinatis; & sic est consilium. Si autem sumatur collectivè, sic est sensus: omnia opera vestra ita faciatis, quod nullum eorum, sit, quin actu in Deum ordinatis; & hoc nec præceptum, nec consilium est: sed sicut præcepti, ad quod per impletionem præceptorum pervenitur: sic enim Sancti in patria actus suos in Deum referunt. Jam vero omnibus hæc prædictis instructi deprimptas contra nos ex variis Angelici Textibus (n. 364.) difficultates penitus eliquare aggrediamur.

368. Dissertatio in Julio palata ex primo textu D. Thomæ.

368. Respondeo igitur ad primam Textum Angelici Magistri. Dum cælestem intentionem omnibus operibus nostris adjuvandum dicit, non designat explicitam illam in Deum propter se dilectum relationem, actualem aut virtutalem, quæ adversarius nostris cordi est; sed dumtaxat propugnat universalem necessitatem boni finis extrinseci,

faci, quem quilibet nostrum deliberate agens debet (n. 300.) adionius suis præfigere; vel appetendo ipsam objectivam bonitatem rerum (n. 319.) circa quas agit, si eis sint ex proprio genere bonæ: vel spectando aliam adventitiam bonitatem, si sint secundum speciem indifferentes, ut liquet exemplo (n. 307.) adducto. Statim ac enim morali honestate ad ascendum quis permoveretur, si vere dicitur intentionem habere sensu aliquo cælestem, quatenus nempe honestas humanarum actionum inchoata tendit per se, eodem Angelico teste (n. 323.) in consummationem perfectionem, hoc est, in Deum omnis honestatis fontem; taciteque, ut etiam illi, qui agit, forte de Deo non cogitet, alii cernentes quædam opera gloriositatem, aut certe gloriam possint Patrem nostram, qui in cælis est, quemadmodum Angelicus ipse (n. 333.) Augustino præeunte explicavit Apostolum, præcipientem nos querere Dei gloriam, & omnia facere ad intentionem, ut Deus laudetur, & glorificetur. Itaque S. Doctor nominando cælestem illam intentionem, quam loco citato notat fuisse a Deo institutam Hebræis per hyacinthinis vittas, quæ eorum pallis inhebrebantur divino mandato, quemcumque distortum, aut pravum operandi finem; in quem carnales Judæi facile propendebant (n. 287.) solummodo excludit, minime vero honestum alium finem reliquiarum virtutum a caritate diversarum; quippe, sitente ipso Angelico cum præcis melioris note Magistris (n. 332. & seq.) in lapsu vite decursu ex temporis circumstantiæ sæpe incidunt, in quibus modus caritatis universim ac indefiniter consideratæ, non cadit sub præcepto, adeoque profusus inculpata est observantia aliorum mandatorum ex fine proximo ceterarum virtutum. Sane si quis christiana spe confortatus indicato tempore inclinaret cor suum ad faciendas justificationes propter retributionem cælestem nulla profusus caritate, seu benevolenti amore ejus actiones imperante, ac concomitante, numquid ille foret censendus expertus cælestis intentionis ab Angelico regulatæ, aut peccati arguendus ob omissionem ulteriori adionem in Deum relationem? minime; uti colligere est Tridentino Concilio (sess. 6. can. 31.) atque ex damnatione propositionis (Orat. 12.) facta ab Alexandro Papa VIII.

369. Ex prædictis valde prona erit responsio ad secundam Textum. Sicuti intentionem indeliberate agentibus reparatur sufficienter cælestis, si fit implicita seu habitualis fundata nimirum in honestate operum conditione sua in Deum tendentium, & tunc solum debet esse explicita, & ordinata ulterius ad finem supernaturalem, quando oportet specialibus caritatis actibus Deum diligere; ita intentio operandi in Dei reverentiam debet esse explicita & formalis, vel actu vel virtute, quoties opus est aliquem religionis actum elicere, v. g. recitare officium, sacrificium litære, facram synaxim sumere, jurare, adjurare &c. ubi vero nulla adest necessitas operandi ea, quæ religionis sunt, tunc sufficit implicita intentio Deum honorandi honestate adionem ex motivo cuiusvis promissive virtutis producturam; prout jam declaratum ab Angelico (n. 332.) & Augustino (n. 363.) Ratio utriusque partis est, quia cum Caritatis tum Religionis præceptum est affirmativum, adeoque non ad semper obligans. Porro dum idem Angelicus ait, omnia in Dei reverentiam faciendâ, si de explicita relatione operum accipitur, censendus est illam exigere in sola hypothesi, quæ nos adigit aliquem religionis actum elicere; quia nimirum, cum finis proximus hujusce virtutis inret morales omnes præstantissimæ fit Deo honorem deferre, adus ad ipsam minime spectabit, nisi agens talem finem aliquo modo respiciat. Hinc loco citato solide elidit hæc difficultatem contra juramentum dignitatem propositam: finis religionis est reverentiam Deo exhibere; hic non est finis juramenti, sed potius aliquid verbum confirmare; ergo jurare non est actus religionis: dicendo: omnia, qua facturus, debeamus in Dei reverentiam facere; & ideo nihil prohibet, si in ipso quod intendimus hominem certificare, Deo reverentiam exhibeamus: quasi diceret, ubi de exerecendis religionis actibus fit sermo, palam est illos ad Dei honorem esse peculiariter dirigendos: nihil porro impedit, quo minus ad hujusmodi finem dirigatur juramentum, etiam dum per illud cupimus certos reddere alios homines de veritate nostrarum assertionum, adeoque jurandi actum religiosum efficiamus. Nihil igitur hæc Angelici doctrina ad scopum præceptorum facit, nisi forsitan velint evincere, modum religionis cadere sub præcepto universæ Divinæ Legis, sicuti olim de caritate philofophabantur nonnulli Theologi (n. 331. & seq.) ab ipso Angelico refutati.

370. Ad tertium Textum apta similiter responsio in promptu est, rametsi extrema specie videatur plane decretoria ad firmandam contrariam causam. Desiderium caritatis, ex quo procedere debet oratio, & secundum cuius continuationem dicitur quæ continuo orate, juxta Angelicum loco citato, aliud non est, uti unius etiam ex nostris

369. Dissertatio ex secundo textu D. Thomæ

370. obiecta ex tertio textu D. Thomæ

Aris Adversarii exponit, scilicet Franciscus Sylvius (*Comment. ad eum Artic.*) quam desiderium salutis rerumque salutarium, seu beatitudinis & mediorem ad illam conducentium; tale enim desiderium vim orationis complectitur, Psalmista testante (*Ps. 9.*) *Desiderium pauperum exaudivit Dominus.* Hoc posito, sequentium verborum Angelici (*desiderium caritatis in nobis debet esse continuum, vel actu, vel virtute; manet enim virtus hujus desiderii in omnibus, quae ex caritate facimus: omnia autem debemus in gloriam Dei facere, ut dicitur 1. ad Cor. 10. & secundum hoc oratio debet esse continua: unde Augustinus dicit ad Probam: in ipsa fide, spe, & caritate continuo desiderio semper oramus*) iste est genuinus sensus: hoc desiderium salutis debet in nobis jugiter durare: Idque spectata etiam praesenti conditione nostrae, Deo opitulante facile contingit, si ipsam salutem seu beatitudinem ardentius optaverimus saepe saepius, & aliunde, quae producimus opera juxta proprium vitae institutum, ex affectu caritatis ordinaverimus in eundem finem: hujusmodi vero operibus oportere nos constanter vacare, quo optatae salutis negotium feliciter perficiatur; liquet ex Apostolo adhortante, ut omnia ad Dei gloriam faciamus. Haec, aut Gemilla Angelicus, cui utique juxta talem scopum idem profusus sunt, omnia ad Dei gloriam facere, & operari omnia ex caritate: exinde tamen nihil eruitur, quod vel nos feriat, vel Adversarios juvet. Nam textu Apostoli non utitur, ut probet nos peccare, si quovis tempore opera nostra non referamus in Deum ex affectu caritatis; sic enim modus caritatis caderet indehinc sub praepcepto Divinae Legis, quod ipse alibi negat; ac praeterea opera essent referenda ex caritate theologica proprieque dicta, de qua ibidem loquitur, atque sub gravi obligatione, quam eadem caritas, ubi ipsius usus praecipitur, ex suo genere importat: quorum neutrum Adversarii audent asserere. Sed cum textum sensu quasi accommodatio assumit dumtaxat ad ostendendum necessarium influxum theologicae caritatis in omnia opera vere meritoria consummatae salutis, hoc est aeternae gloriae: quod nos quoque (*n. 325. & 326.*) serio propugnamus duce ipso Angelico.

371. *Opere divinis dignationis diffinitur ultima obiectio, mixta variis textibus quarto ac postremo ore indicatis.*

371. Ad quartum Textum, sive ad postremam objectionem ex pluribus Textibus idem sonantibus constructam, sic respondendum arbitramur juxta ea, quae hunc in finem (*n. 338. & tribus seq.*) praenotavimus. Tota vis argumenti nobis ponitur in hoc sita est, quod Angelicus constanter edicat, praepceptum Apostolicum litteratim pressequere sumptum duo haec involvere: unum, ut statuto tempore homo actualiter per explicitum dilectionis actum, se, suaque omnia in Deum referat: alterum, ut opera universa, quae deinceps facit, ordinentur in Deum virtualiter, hoc est vi praecedentis actualis relationis, & non mere habitualiter, quae quidem sunt ea ipsa, quorum necessitatem tunc nostri Adversarii. Respondeo adhibita distinctione: Angelicus pro tempore posteriori ad actum formalis dilectionis requirit, tamquam ex Apostolico praepcepto necessariam ad non peccandum, relationem operum virtuosam, praecise ratione sui, quatenus virtualis est, & habituali vice implicitate opposita, nego: eandem requirit solummodo ratione mandati maxime de dilectione, pro priori tempore identidem obligantis, concedo. Ergo extra tempus, in quo urget affirmativum hoc mandatum, satis non est, si homo, qui illud rite jam implevit, referat opera sua in Deum dumtaxat habitualiter, rursus distinguo: si fumatur relatio habitualis in sensu familiari praefatis Scholae Theologis dissentientibus de merito bonorum operum, scilicet pro pura concomitantia habitus caritatis cum actibus qui ab homine habent eundem habitum sunt, aut fieri potest concipiuntur (*n. 340.*) concedo: si accipiatur in sensu nunc apud Morales Theologos frequentato pro relatione indivisa ab operibus honestis, seu completam in genere moris bonitatem complectentibus, nego consequentiam. Ne videamur talia confingere more Sophistarum ad difficultatem mere eludendam, praesibit Angelicamentem magis aperire, ac stabilire: quem in finem velim unice observes, virtuosam inter, & habituosam relationem istud versari differimen; quod habitualis, utpote pendens a sola honestate operum attribuitur homini operanti; etiam si antecedenter nullum elicerit formalis dilectionis actum ad se, suaque omnia in Deum ordinanda: virtualis vero, ut nomen hoc suum tueatur, necessario eundem actum praecessisse supponit. Unde omnis relatio operum in Deum virtualis est etiam habitualis, non vice versa.

372. *Ad suendam, firmandamque responsum max tradidit.*

372. In primis Angelicus, ubi eam postulat relationem, qua posteriora opera hominis bonum operantis censentur, morali judicio referri in Deum virtualiter, seu vi prioris actus quo idem homo Deum super omnia dilexit, totamque vitam suam ad Deum ordinavit, reapse exigit relationem operum habituosam, quae in virtuali modo descripta includitur, quatenus non nisi honesta opera possunt ad Deum ordinar:

nari: sed hanc relationem vult simul esse debere virtuosam sensu explicato, solum tam formalis Scholarum nobis impostam crebro Deum diligenti specialibus actibus; quam quidem dilectionem in nobis praecessisse signum certum & evidens esse, quotiescumque subsequentia opera nostra possint vere dici in Deum ordinata relatione, non tantum habituali & implicita ob ipsorum operum honestatem, sed etiam virtuali, quae juxta nominis ethymon vim praevii actus, scilicet relationis Angelici Deo explicitae, praesertit tamquam sui causam. Quare hoc totum & unicum est, quod Angelicus aliis verbis breviter perstringit (*q. unic. de Car. ar. 11. in resp. ad 1.*) quod omnis virtuosae virtute referatur ad Deum, hoc pertinet ad perfectionem caritatis, ad quam omnes tenentur: & (*in resp. ad 2.*) ubi praepceptum Apostoli considerat, prout eam perfectionem caritatis omnibus necessariam inculcat: cum aliqui seipsum ordinat in Deum, sicut in finem, actu scilicet formalis dilectionis, in omnibus, hoc propter seipsum facit, manet virtute intento ultimi finis, qui Deus est, unde in omnibus mereri potest, si caritatem habeat: hoc igitur modo Apostolus praecipit, quod omnia in Deum gloriam referantur. Itaque Angelicus, si aliis verbis paraphrasticè exponatur, haec videtur dicere: laudo quidem habituosam implicitamque relationem operum ad Deum in iis, qui virtuti insudant, quippe elus, potus, & alia, ubi recte sunt, laudes Dei sunt, etiam si vox silet: nihilominus volentibus Divina, & Apostolica praepcepta cumulare adimplere est praeterea necessaria relatio virtualis: hoc est, ea relatio habitualis fundata in honestate operum debet, quoad peccatum vitandum & perfectionem cunctis Christianis necessariam habendam, prodire interdum ex aliquo speciali actu caritatis explicitae erga Deum; quia, si esummodo actus aut semper, ad dei a Christianis intermitteretur, ipsi convincerentur praetergredi primum & maximum mandatum Evangelicum de diligendo Deo ex toto corde, nec non praepceptum Apostolicum, ejusdem mandati confirmativum, de omnibus operibus ad Dei gloriam faciendis. Haec plane Angelicus. Quocirca, dum subinde (*n. resp. ad 3.*) negat habituosam relationem operum cadere sub illo praepcepto Apostolico Divino, eam vocem usurpat non in sensu nostro: sed in alio tunc utitato (*n. 340.*) prout nempe signat meram concomitantiam habitus caritatis cum actibus ab homine juxta productis in quovis honestatis genere: qualidicet: praepceptum maximum caritatis seu dilectionis Dei super omnia, neutquam impletur sola possessione habitus caritatis, qui potest manere etiam in dormiente; sed potius frequentem exercitio actuum hujusce dilectionis, qui vim habent ordinandi ad Deum sequentem quoque vitae nostrae seriem, tamen Deum expresse non cogitamus; dummodo non interponantur a nobis peccata, quae a Deo abducunt & avertunt.

373. Porro si talia sentit Angelicus, integro ejus contextu pensante examinato, in proclivi erit deducere isthaec tria. 1. Summam omnis doctrinae nostrae, in praesenti tota controversia expedita, confirmari mirum in modum illegem ipsis Angelici textibus, qui primo ad aspectum videbantur vel maxime nobis adversari: quod jam non indiget alia probatione. 2. Hinc magis magisque labefactari jamdiu ab Apostolica Sede profligatum opinationem Moralium illorum Scriptorum, qui de necessitate actualis caritatis miserrime senserunt. Si enim laxiores ii, proprioque genio nimium indulgentes Casuistae, Angelicum Magistrum aut legissent, aut docentem sequi voluissent, prout sacris propriis institutis legibus forsitan tenebantur; nunquam profecto didissent in Christianae disciplinae perniciem male sonantes haec propositiones, ab Innocentio XI. ab Alexandro VII. & VIII. postmodum proscriptas. Sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretatur: hunc homo non tenetur amare neque in principio, neque in deorsum vitae suae moralis. Dico clarior: in deorsum totius qua late patet humanae vitae: numquid enim, moralem vitam expiando, Dei aeternam facies, quando naturali solum vivens vita aut ineptit insanulus, aut decrepitis jam delirat? Homo nullo unquam vitae suae tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & caritatis ex vi praepceptorum Divinorum: explicat, cur? forsan quia mandatum diligendi non computatur inter praepcepta Divina, eo quod primum & maximum in Legge sit? Si sapiens, intelligeres utique, quo spectent peculiaria illa loquendi formulae Moysi divinitus inspiratae, ubi primum mandatum illud (*Deut. c. 6.*) evulgavit, *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua: eruntque verba haec, quae ego praecipio tibi hodie, in corde tuo: & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens: & ligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntque, & movebuntur inter oculos tuos, scribebunt ea in limine, & in ovis domus tuae.* Nunc nega, si potes, gravissimum praepceptum Divinum, quod per se unanquamque hominem obligat, etiam extra periculum mortis, ad elicien-

373. *Proposuitur duo diversa Generalia, ex sensu Angelici iam explanata fuerunt: unum faciens sententiam nostrae: alterum subvertens laxas quorundam Moralistarum theses de actuali caritate.*

des sepiissime in vita, ac sepius infra annum, speciales actus dilectionis, ideoque fides & fidei simul; ac propterea ad penitentiam in multum tempus non differendam, si lapsus in lethale peccatum contigerit. An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantum in vita elicitet, condemnare non audeamus: heus tandem desine, officus istis Moyses minime flestitur. Necesse non est, ut tu condemnes, cum Tuba Gentium jamdiu intonerit (1. ad Cor. 1. 16.) Si quis non amat Dominum nostrum, Jesum Christum, quando scilicet, & quo modo par est cum a nobis amari, sit anathema, maranatha. Hicse, inquam, aliisque similibus commentis resellendus peraccommoda Angelici doctrina.

374. Additur tertium Corollarium ostendens opinionem Adversariorum duplici ex capite destruatam Angelici suffragio.

374. Sequitur eandem doctrinam de huiusmodi systemati nostrorum Adversariorum, sed magis obesse multiplici nomine. Nam si Angelicus in Textibus præcitat relationem operum continuatam sentiret præceptum esse, non qua habitualis vere est, sed præcise qua virtualis, atque etiam ratione sui, seu independentem a prævisi dilectionis actibus, quibus homo sepius tenetur se totum explicite Deo devovere; tunc huiusmodi relatio virtualis prodire deberet, non ex imperfecto amore benevolæ, sed omnino ex proprie dicta caritate. Quandoquidem (ut palam eruitur tum ex c. 5. opus. 18. n. 372. tum ex integro ar. 11. q. 1. de car. n. 270.) S. Doctor caritatem nominat absolute, eamque considerat, prout censetur omnibus necessaria ad satisfaciendum Evangelico præcepto dilectionis, ab Apostolo Fidelibus sollicite commendato. Unde subdit, meritoria evadere, posse omnia opera, que ab homine habitualiter iusto deinceps fiunt virtute superflue illius prævisi actus, quo Deum ex caritate dilexit, atque ad Deum omnia sua ordinavit. Certum autem est, caritatem vere theologiam in Evangelio præcipi, qua Deus, & propter se, & super omnia diligendus, atque huiusmodi caritatis influxum requirit ad opera meritoria cælestis gloriæ. Præterea, quod ex modis dictis confectarium, sub mortali profusus peccato eadem virtualis relatio foret necessaria; cum gravi- ter obliget præceptum illius caritatis, a cuius virtute illam relationem S. Doctor derivat, in singulari locis antea memoratis.

375. Eandem opinionem ex alio titido capite ab Angelici doctrina distregere confutatur. Præsertim solidè vindicatur varia interpretatio Apostolice præcepti ab eodem Angelico prædicatore.

375. Tandem, admissa necessitate iugis relationis explicite seu formalis, quæ scilicet vel actu vel virtute opera ad Deum ordinat, sola relatio habitualis implicita, fundata in morali bonitate operum, impar plane foret implendo Apostolico præcepto de cunctis actionibus ad Dei gloriam faciendis, extra determinata illa tempora, in quibus oportet diligere Deum super omnia. Atqui S. Doctor id pernegat variis in locis (n. 329. 372. & 373.) ubi idem præceptum cumulate a nobis servari testatur, si vel actu, vel habitu omnia ad Deum referamus, si Deum ultimum finem habeamus, si rectè cuncta faciendo Deum laudemus, si nihil contra Dei gloriam, & præcepta eius faciamus. Quare supposita sufficientia eisdem relationis habitualis talibus modis explicata, hoc ratiocinio demonstrat, absque peccato mortali non posse acularum veritatem negare, ubi secundum iuris formam a legitimo iudice interrogatur (2. 2. q. 69. ar. 1.) Omne, quod est contrarium divinæ gloriæ est peccatum mortale, quia ex præcepto tenemur omnia in gloriam Dei facere, ut ad Corin. 10. Sed quod reus id quod contra se est, confiteatur, pertinet ad gloriam Dei, ut patet per illud, quod Iesus dixit ad Adam: fili mi, da gloriam Deo Israel, & confitere, atque indica mihi, quid feceris? Jos. 7. ergo mentiri ad excusandum peccatum est peccatum mortale. Satis igitur in aperto est genuina mens Angelici Magistri, cuius variæ doctrinæ pro veritate argumentorum, quæ ipsi discutenda offerbantur, exarata, nec rite unquam intelligentur, nec inter se apte coherentes detegentur, nisi ratum sit, ipsum retulisse Paulinum præceptum nunc ad speciale Divinum mandatum dilectionis, nunc ad reliqua Divinæ legis mandata, quibus iubemur in quovis seruo genere declinare a malo, & facere bonum, siveque Deum iugiter glorificare. Nec insolens, aut impropria hæc interpretandi ratio, ut unus idemque Textus diversis sensibus literaliter exponatur. Et enim prædicti sacros interpretes in consensu est, unico Textui per se posse subesse posse, iuxta primariam Spiritus Sancti intentionem, plures sensus, necdum accommodatios, sed etiam literales ut patet ex ea de ea Moysi sententia (Gen. c. 1.) Quia sensus litteralis est, quem auditor intendit; auditor autem Sacre Scripturæ Deus est, qui omnia simul suo intellectu comprehendit: non est inconsonans, ut dicit Augustinus, si etiam secundum litteralem sensum in una littera Scripturæ plures sint sensus.

376. Reliquum jam est, ut amplissima huius Controversiæ via contrahamus; & quæ ad istum Articulum V. adhuc pertinet scitu digna, persequamur; non amplius subtiliter disputando, & quasi cum hostibus digladiando (quod hic facere vel invitos nos compulsi necessitas) sed magis pro more nostro blande enarrando. At numquid nos negantes hæctenus necessitatem iugis relationis operum in Deum, a tot præstantibus, & pro Domino zelantibus Theologis propugnatam, Evangelicam Le- gem destruximus; quæ ex D. Bonaventura (in 4. Sent. dist. 40. ar. 1. q. 1.) principa- liter habet oculum ad amorem, & ex amore potissimum observatur? Abiit, sed legem statuimus. Quare? quia quod germanæ benignitatis, adeoque cordati etiam Theo- logi proprium esse indicat idem Bonaventura (n. 83.) nihil, quam quod constitu- tum est secundum Divinam legem, edocimus, nec addendo ad Dei verbum, nec au- ferendo. Ceterum, quoniam opinionem eorundem Theologorum non hoc uno no- mine, ut nonnulli faciunt, repudiavimus, quod præceptum imponat nimis mole- stum, & observatu impossibile; quippe ex laudato Seraphico (in 3. Sen. q. ult.) no- vimus, potius alleviare, quam gravare, quæ faciunt ad caritatis profectum, cuius est nos sursum levare ad modum penne: idcirco Christianos omnes, etoque præsertim, quibus cura est salutem suam operandi, & sedulitas coram Deo semper ambulan- tis, etiam atque etiam hortamur, ut quantum possunt, in dies etiam singulos, crebris caritatis affectibus cunctas actiones suas ad Deum dirigant. Nam ex eodem Doctore (in 2. Sent. dist. 31. ar. 1. q. 3.) distributores & divosim nullum esse opus delibaturum, quod a nobis fiat, quod quidem non possimus facere propter Deum, & si hoc faceremus; melius faceremus, quam quando non referimus. Tum quia æternæ retributionis præmium (n. 325.) non reperiunt nisi operationibus, quas amor caritatis informat; unde caritatis summa præstantia, atque utilitas elucet.

SECTIO V.

De Subjecto Moralitatis.

377. Segregandos esse actus vere humanos ab iis, qui dumtaxat hominis vocantur, palam est (n. 91.); posteriores namque sunt per se omnis moralitatis in- teriectio quædam exploratum quoque (n. 98.) humanos actus univèrse acceptos, aut ex- tiores esse, aut exteriores. Nominè interiorum eos intelligimus, qui solus sunt modo, & voluntatis, quoniam ab ista immediate produci. Quare exteriores dicuntur uni- versè alii, qui ortum trahunt a qualibet potentia a voluntate distincta; adeoque etiam intellectuales: etsi enim hi extra animam non sint, neque inter sensibiles seu elicitos, computentur: externi tamen voluntati sunt eo ipso, quod a voluntate proxime non producentur. Actus humani exteriores, cum ad nutum voluntatis hant, conveniunt bene semper componuntur cum aliquo voluntatis actu, nempe cum illius saltem imperio. Hinc bifariam considerari, ac denominari solent, puta vel ratione ob- iecti, & actu. Quatenus voluntas eos appetit, & imperat, dicuntur eius ob- iecti: quatenus a propriis potentis producantur iuxta voluntatis imperium, se habent ut actus illarum; etsi voluntati pariter attribui soleant, & affectus vo- luntatis appellari, quoniam fuerint imperati a voluntate, quæ principatum obti- net in regno animæ. Sic ex. ca. sacra pergrinatio est obiectum voluntatis, quia a voluntate præscripta, ac simul actus virtutis exterioris motricis, quia per hanc perficitur.

377. In hæc sectio quædam patefit, quæ sunt in modo, & sunt actibus voluntatis, etiam intellectuales: etsi enim hi extra animam non sint, neque inter sensibiles seu elicitos, computentur: externi tamen voluntati sunt eo ipso, quod a voluntate proxime non producentur. Actus humani exteriores, cum ad nutum voluntatis hant, conveniunt bene semper componuntur cum aliquo voluntatis actu, nempe cum illius saltem imperio. Hinc bifariam considerari, ac denominari solent, puta vel ratione ob- iecti, & actu. Quatenus voluntas eos appetit, & imperat, dicuntur eius ob- iecti: quatenus a propriis potentis producantur iuxta voluntatis imperium, se habent ut actus illarum; etsi voluntati pariter attribui soleant, & affectus vo- luntatis appellari, quoniam fuerint imperati a voluntate, quæ principatum obti- net in regno animæ. Sic ex. ca. sacra pergrinatio est obiectum voluntatis, quia a voluntate præscripta, ac simul actus virtutis exterioris motricis, quia per hanc perficitur.

378. His prænotatis dico, moralitatem inesse posse tum interioribus voluntatis actibus, tum exterioribus reliquarum facultatum, quæ voluntati parent. Ratio est manifesta: nam hi omnes pendunt a voluntate, cuius præcipue sunt partes in moralitatis negotio iuxta doctrinam Articuli H., atque ideo eos vel bonos, vel ma- regulam sequitur, aut deserit. Apposite Scotus (in 2. Sent. dist. 42. q. 4.) secundum Aristotelem voluntas est motor in toto regno animæ, & omnia obediunt sibi: sicut ergo voluntas tenetur habere in actu suo rectitudinem, sic tenetur habere illam in actis exterioribus, ad quos cooperatur, ut motor: sicut igitur movendo rectè potest movere inferiores, actus eorum sunt recti rectitudine participata; ita etiam per oppositum, movendo non rectè, sunt actus eorum non recti. Ex qua quidem doctrina idem Subtilis Magister eruit duo hæc principia Theologica: primum, peccatum non posse esse formaliter, nisi in voluntate, vel in actu eius materialiter; secundum nullum actum posse esse malum etiam materialiter, nisi qui potest imperari ab actu volunta- tis formaliter malo. Allata rationi accedit auctoritas inconcussa. Divisio namque pec-

378. Perspicua ratione, formaque au- thoritate obfus- ditur, tam im- portans, quam externos a- ctus esse cau- saret alterius moralitatis opposita.